



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 8. Peccatori lapsio tria sunt necessaria; scilicet paenitentia, correctio, & sollicitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. VIII.

Peccatori lapsō tria sunt necessaria; scilicet pœnitentia, correctio, & sollicitudo.

ITaque lapsō peccatori tria cum Bernardo ad resipiscētiā statuenda sunt necessaria. Primum est, præteritorum pœnitentia, alterum vitæ correctio; *pœnitudo enim, ait, sine correctione non proderit*, qua tamen necesse non est omnes peccati reliquias excludi. Sed quia hinc infirmus animus diu correctus permanere non potest, nisi circa se multâ circumspēctione vigilet & attendat; tertio requiritur sollicitudo, ut jam *sollicitus incipiat ambulare cum Deo suo*. Proindē ut quæ sit legitima pœnitentia breviter aperiam; dico cum Richardo à S. Victore: *Hoc est verè pœnitere, de præterita prævaricatione dolere cum firmo proposito confitendi, satisfaciendi & cum omni cautela cavendi*. In hunc modum pœnitentes meritò debent absolvi; alioquin sine absolutione remitti.

Serm. 3. in vig. uativ.

Michea 6. vers. 8.

L. de potest. lig. & solv. cap. 6.